Tibi me recommendo ac teneri in tua cru
ce cum tuo ore et tua palpitante lingua
dico hodie et te donante in ultimo
exitu meo In manus tuas commendo
spiritum meum redemisti etc. In manus
tuas commendo spiritum meum O admira
bile pretium. Sed unus ex militibus
lancea latus eius perforavit et continu
o exivit sanguis et aqua in redempti
one humane salutis.

Anima mea vide quod factum est cur
re curre cor divinum lavacra
regum tabernaculum apta est sorbe
sorbe ut anima mea. suge suge in
merge te totam. imple viscera tua
o anima mea. Vides enim iam aquam
egredientem de templo a latere dextro
habes etiam exemplum quod in oculum
crucifixoris unica gutta sanguinis
pervenit et visum recepit corporalem